




Urkunde

Privilegium von Papst Gregor VII. Dieser bestätigt die Freiheiten und Rechte des Klosters Allerheiligen.

Urkunden 1/10



Identifikation

Titel	Privilegium von Papst Gregor VII. Dieser bestätigt die Freiheiten und Rechte des Klosters Allerheiligen.
Signatur	Urkunden 1/10
Entstehungszeitraum	03.05.1080
Archivalienart	Urkunde
Altsignatur	UR 10
Ausstellungsort	Rom (Lateran)

Inhalt und innere Ordnung

Überlieferungsformen 00366c2676ba4b1f876a326027b814dc, 8b4974ac11ff402e9a3f62dff4154853

Zugangs- und Benutzungsbestimmungen

Physische Benutzbarkeit	Frei einsehbar
Schutzfrist	0 Jahre

Sachverwandte Unterlagen

Editionshinweise	Baumann, QSG 3, Nr. 8. – L. Santifaller, Quellen und Forschungen zum Urkunden- und Kanzleiwesen Papst Gregors VII. Studi e testi 190, 1957, Nr. 184, S. 216–219. – Brackmann GP 2, 2, 11, 3 (q.v.). – Mommsen S. 6–8, Nr. 4.
Editionstext	Mommsen 4. Gregor VII. bestätigt die Freiheiten Allerheiligens und kassiert ein Privileg seines Vorgängers, Alexanders II., welches Allerheiligen als Eigenkloster der Nellenburger anerkannt hatte 1080 Mai 3. Lateran Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio Willelmo, venerabili abbati Hirsaugiensis cenobii ¹ , salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam pervenit ad nos, quod religio tua curam monasterii sancti Salvatoris, iuris apostolice sedis, cui etiam duodecim aurei, quorum viginti ² unciam faciunt, ex eodem monasterio annis singulis persolvi debent, siti in villa Scaphusa in episcopatu Constantiensi, obsecrante comite Burchardo virisque religiosi hortantibus, eo dumtaxat tenore suscepit, ut predictus comes, qui sibi in prefato monasterio quasdam quasi proprias condiciones vendicabat, dimissa atque renuntiata omni seculari potestate, locum ipsum liberum esse permetteret, studium dilectionis tue probantes, quod factum est, apostolica auctoritate firmamus. Et quia per te locus ille, sicut audivimus, ad religionis statum, domino miserante, cepit assurgere, nos, in quantum valemus, perpetuam illic sanctitatis stabilitatem providere cupientes, fraternitati tue super cenobium illud nostre sollicitudinis vicem committimus scilicet, ut fratres ibi disciplinis regularibus instruere, mores eorum vitamque

Sachverwandte Unterlagen

competenter instituendo ea, que ad animarum salutem pertinent, vigilanter providere, ac maxime, ut inibi abbas secundum deum ordinetur, procures. Preterea, ut sepe fati monasterii fratres sine inquietudine propositum suum valeant securius et propensius exequi ac omnipotenti domino debite devotionis obsequium instanter et gratanter exolvere³, volumus et apostolica auctoritate precipimus, ut nullus sacerdotum, regum vel ducum aut comitum seu quilibet magna aut parva persona presumat, sibi in eo loco aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii iuris, non advocatie, non investiture, non cuiuslibet potestatis, que libertati monasterii noceat, vendicare, non ornamenta ecclesie sive possessiones invadere, minuere vel alienare, sed ita sit ab omni seculari potestate securus et Romane sedis libertate quietus, sicut constat Cluniacense monasterium et Massiliense manere. Abbas autem advocatum, quem voluerit, eligat, quod si is postmodum non fuerit utilis monasterio, eo remoto, alium constituat. Privilegium autem, quod bone memorie predecessor noster Alexander contra sanctorum patrum statuta, aliqua surreptione vel deceptione inductus, eidem loco fecit, in quo Heverardo comiti eiusque posteris advocatiam et preficiendi abbatis potestatem et totius rei administrationem concessit, nos canonice correctionis sententia per apostolicam functionem utentes, infirmamus, infringimus atque cassamus, et, ne per hoc alicuius temeraria cupiditas in audaciam sue perditionis erumpat, apostolica potestate⁴ in irritum devocamus. Si quis ergo contra hoc salubre preceptum nostrum pertinaciter ire temptaverit, gratiam beati Petri se non dubitet amissurum, admonitusque semel, bis et tercio⁵ per competentes indutias, si non resipuerit et si delictum suum emendare contempserit, sciat se divino anathemate innodatum et a corporis et sanguinis dominici communione alienum. Illud etiam ad Romane libertatis munus confirmandum subiungentes adiecimus, ut si aliquo tempore Constantiensi ecclesie presidens ab apostolica sede discordaverit eique inobediens⁶ fuerit, quod, confirmante Samuhele, «peccatum ariolandi et idolatrie scelus est»⁷, dicente quoque beato Ambrosio in libro Epistolarum⁸: «Ereticum esse constat, qui Romane ecclesie non concordat⁹», liceat abbati sibi suisque, a quocumque religioso episcopo placuerit, ordinationes, consecrationes et que ad episcopale officium pertinent, expetere atque suscipere vel ad apostolicam sedem recurrere. Observatores autem huius nostri precepti remissionem omnium peccatorum suorum et gratiam bonam a domino consequantur. (Rota) Datum 10 Lateranis, V. nonas mai, indictione III., anno dominice incarnationis MLXXX., anno vero pontificatus domini Gregorii pape VII. Octavo¹¹. 1 R(egister): monasterii. 2 R: XX. 3 R: exsolvere. 4 R: auctoritate. 5 R: tertio. 6 R: inobediens. 7 1. Samuel 15,23. 8 R: in libro epistolarum fehlt. 9 Vgl. Ambros. epist. extra coll. 5,4 (Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum LXXXII 3 S. 184). Über diese Zitate Caspar S. 504 Anm. 7 und 8. 10 R: Actum..... VIII idus maii. 11 Nach P. Kehr wurden Datierung und Rota in Schaffhausen nachgetragen.

Abschrift	Abschriften 4, Bd. 7, S. 13, 74, 153, 195; Bd. 11, S. 51, 118. – Abschriften 10, Bd. 1, S. 429, 709.
Regesthinweis	Jaffé-Löwenfeld, Nr. 5167. – Hidber, Nr. 1414 – Schib, 1944, S. 10. – Gamper AH, S. 289.
Literatur	Paul Fridolin Kehr, Gregors VII Breve für Kloster Allerheiligen zu Schaffhausen. Nachrichten von der königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, phil.-hist. Kl. 1904, 463–468. – Chiara Valsecchi, Oldrado da Ponte e i suoi Cantilia, 2000, S. 116.

Weitere Angaben

Anmerkungen	Original, Urkunden 1/10, 1/73, 1/15, 1/12, 1/29, 1/52, 1/221, 1/60 auf einer Pergamentrolle, (s. XIV inc. [NGG 1904, 423. GP 2, 2, 10]), Rückseite von jüngerer Hand 77 = 81 und 86 für Cluny. Ist ein Breve! Nach P. Kehr ein Original, das nachträglich in Allerheiligen mit Rota und Datum versehen wurde. Vgl. auch Brackmann, S. 463. 3 Pergamente und 1 Pergamentrolle.
--------------------	---
